

Quae tantum sunt notae quibus omnibus omnino contextibus  
ambiguitatem distinguunt

## De figuris

Coma quid

Coma unde  
dicitur

acrimonia pronunciet: idem quoque faciamus oportet in scripto: ut per que-  
dam signa confusionem illam distinguamus. Estque illud in primis animad-  
uertendum duas tantum esse notas: quibus eruditi omnem contextus am-  
biguitatem distinguunt. dicente Hieronymo in prologo Esaie. Sed quod in  
Demosthene et Tullio solet fieri: ut per cola scribantur et comata. Nam qui  
quas appellant periodos, virgulas et parentheses addiderunt, nullos ha-  
bent auctores: cum e contrario sacre scripture libri colo et comate contenti sunt.  
Est igitur coma: [quod per duo puncta designatur:] quotiens orationis tra-  
ctus eo peruenit: ubi oratio cum verbo, aut aliquo vim verbi obtinente fini-  
tur, sed tamen aliam quandam orationem sibi adiungi desiderat, ut *Conuertere*  
*domino captiuitatem syon:* vel cum conuerteret dominus captiuitatem syon. Coma  
autem dicitur a copto verbo greco, quod est incido, unde latine potest appella-  
ri incisio quoniam suo loco inciditur oratio. Colum cuius nota punctus est, poni-  
tur ubi clausula finitur atque quiescit, ut cum conuerteret dominus captiuitatem sy-  
on: facti sumus sicut consolati. Sunt quoque quedam loca in quibus nescias an  
oratio que sequitur ex superiori dependeat, ut *Dixit dominus domino meo sede*  
*a dextris meis.* hoc loco coma vel colum potuit esse. Colu quoque ponimus inter  
singulas partes orationis que per articulum aut dissolutum sine coniunctione adne-  
ctuntur, ut *grammaticus, rhetor, geometres, pictor, aliptes, cantat, amat, lau-*  
*dat nostros mea roma libellus.* Effecte grauius, cito, nequius, euge, bea-  
te. Non tamen dissimulauerim opportunam esse notam interrogatiouis in fine  
clausularum, quas interrogatiue aut cum interrogatione admiratiue proferi-  
mus, ut *hic pietatis bonos.* Sic nos in sceptris reponis. Tu ille enneas quem  
dardanio anchise alina. Venus phrygi genuit simoentis ad vnda. Preter  
mittere vero nullo modo possum quod video. Quintiliano exactissimo harum  
rerum iudice placuisse, ut quotiens dictio esset ambigua vel significatiue vel  
declinatione vel mutatione in aliam partem orationis ambiguitas illa super im-  
posito apice tolleretur. *esto exempli gratia, occido si habet apicem in prima syllaba si-*  
*gnificat in ea esse accentum predominantem sequentemque esse breuem, profer-*  
*rique accentu graui, valetque tunc occido, id est, pereco, quod si super secundam po-*  
*natur apex significat syllabam illam esse longam, in eaque proferri accentus*  
*predominantem, ut occido, valetque pro eo quod interficio.* Preterea cum in-  
differenter dicamus *musa nominatiuo vocatiuo et ablatiuo.* Si vitime syl-  
labe apicem apponas: significat tantum esse ablatiuum aut septimum casum.  
Si pone quoque apicem habeat in fine appositum: signum est esse preposi-  
tionem siue aduerbium: aliter vero manifestum est esse verbum.

## De figuris.

Barbarismus

**B**arbarismus est vna pars orationis vitiosa in communi sermo-  
ne, in poemate vero metaplasmus. Item barbarismus in no-  
stra loquela: in peregrina barbaralera dicitur, ut si quis dicat  
*mastruca, cateia, magalia, acinacis.* Barbarismus autem fit duobus  
modis scripto et pronuntiatione. His bipartitis quattuor species sup-  
ponuntur, additio, detractio, mutatio, transmutatio littere, syllabe, tem-  
poris, toni aspirationis. Per additionem littere fiunt barbarismi, ut rel-